

1528. ^{circu 15 July} in Augusto

Petrus Tomicki Episcopus
Cracoviensis Regni Poloniae
Vice-sancellarius;
Christophoro de Schidlovicce Ca:
stellano et Capiteano Cracoviensi
Regni Poloniae Sancellario.

Quod à me petit magnificentia Ve:
stra, ut illi exponam in ea re consilij
mei rationem, in qua pariter à me
et Magnificentia Vestra Majestas
Regia nuper literas consilium et sua:
tionem proposuit. Id equidem salvo sta:
tu, et professione mea Episcopali, uti
res postulat aperire mihi non licet,
hanc enim Domini Sasaki facinorosi
culpam arduam capitalem et peri:
culi plenam video, et esse censeo, de
qua et criminale iudicium institui
et à secularibus tantummodo homi:
nibus convenit. Scripsi tamen Maje:
stati Regiae, ut quicquid de eo judi:
candum statuerit insonventum Regni
futurum, et ad frequentem Procerum
et Consiliariorum suorum Senatam
differat.

Non videtur enim mihi consul:
tum, sub eo rerum statu, uti nunc
est Majestatem suam, aliquid contra illum

inipere


1528 in 2801
incipere Debere, cum et ille, et Majestas
sua absint una a Regno, Resque Joannes
hic sit adhuc, cui grave hoc et indignum
videre posset, quod vindicta vel pena ali:
qua exigeretur ab eo, quem ille nunc ma:
ximis suis negotijs preposuit. Cetera
coram ad presens optime valeat Ma:
gnificentia, et sit cum Domina conjugis
et liberis suis, quam diutissime incolumis
et felix. Cujus me fraterna benevo:
lencia et amori plurimum commendo. Da:
tum in Kieleze Est Anno Domini 1528. D

Ab Eodem

Luce de Gorka Castellano Posna:
niensi et Capitaneo Majoris Polo:
nia generalis.

Magnifice Domine Domine, et fra:
ter honorandissime. Gratissime mihi
fuerunt literae Magnificentiae Vestrae,
quibus non invidit modo, sed magnopere
etiam ob recuperatam valetudinem
mihi gratulatur. Cui gratulationi,
quam ad presens possum ego referre
gratitudinem, presto libenter, et ver:
bis ago Magnificentiae Vestrae gratias
immortales. Ceterum quod adscripsit
Magnificentia Vestra fuisse isthuc non-

nullos



107

nonnullos, qui ex infortunijs meis
latabantur.

Mirifice miror, quia inter Pro:
vinciales meos, et quibus ego nunquam
obfui, ejusmodi iniqui repperiantur, et
vitam quoque mihi inuideant. Cum alij
omnes et ejus Regni incolae, et exteri
homines, qui me vel fama ipsa tantum
modo norunt degritudinem meam mole:
stissimam sibi fuisse clarissimis testi:
monijs ubique Declararunt, valeant
autem quicumque mihi male cupiunt,
ego enim ipsi mihi sum conscius satis,
quid merito meo, a quoquam mihi tri:
bui Debeat, qui hoc semper ago et cogito,
ut ab omni infamia et dedecore vitam
meam praestem innocentum.

Et equidem valetudo mea, quantum
ad reliqua membra optima est, et fere
quae dudum erat, sed pedes adhuc ea
deflusa mihi tum erit, et modicam mo:
lestiam afferunt, spero tamen, ut
hos propediem in pristinum statum re:
dituros.

Rex Joannes quid nunc cogitet,
quidve agat sum plane nescius, quippe
qui in solitudine vivo solitarius, et pau:
ca de his rebus voleo audire. Verum hoc
quod vulgo jam inbre est puto minime

falsum



falsum esse. Turcorum scilicet exerci:
tum Ductore Domino Laski, et Hembra:
im Bassam jam in Hungariam perve:
nisse, in quo maximam spem et expecta:
tionem recuperandi regni Rex ipse Joan:
nes semper potiebat.

De Germanorum copijs, si istic facere
iter conarentur, ad ferendum eidem Regi
Joanni subsidium. Scripserat ad me Domi:
nus Chocienski Regiam Majestatem Ma:
gnificentia Vestra dedisse in mandatis
ut omnino eo itinere illos prohiberet,
quod tamen an facere possit Magnifi:
centia Vestra, ego dubito, cum illos vali:
da manu credendum est, Descensurus
esse. Sed ego tamen non opinor illo itine:
re, illos uti debere, cum haec Augustinus,
qui est homo probus et ^{verax} Magnificen:
tia Vestra retulit.

Ara Traezynensis, a quibusdam
qui erant collocati in Illius presidijs
et prodita, ut iam est communis, et
constans fama, de quo etiam Magnifi:
centia Vram priusquam haec leget.

Spero et lris et nuncijs, fama deniq;
ipsa certiolem. Cujus me amori et frater:
nae benevolentiae ex animo commendo,
felicemque esse, et optime in eolumem cu
suis omnibus vehementer desidero. Datum
in Kielze Anno Dni 1528. D